DECISIONES SACRI SENATVS PEDEMONTANI,

OCTAVIANO CACHERANO
Patritio Aſtenſi , Comite Rochæ Arazij,
SACRIQVE ROMANI IMPERII VICARIO PERPETVO,
Domino Oſaſchi Iuriſconſul. eminentiſs. in eodem Senatu ſecundo Præſide,
magno inde Sabaudiæ Cancellario, Auctore.

QVIBVS AC POSTREMA EDITIONE, PRAETER VETERVM impreſſionis errorum expurgationem diligentiſſimam,

ACCESSERVNT NOVÆ, AC PERVTILES AVCTORIS manuſcriptæ Additiones, quæ ſunt his ſignis incluſæ. * * [ ]

BIBLIOTECA SALAMANCA

AVGVSTÆ TAVRINORVM,

Apud Ioannem Dominicum Tarinum.

M. DC. IX.

IO. FRANCISCI OSASCI COMITIS ROCHÆ ARAZII PRÆSIDIS ASTENSIS.

ET INTERIORIS CONSILIARII SERENISS. Emanuelis Philiberti Sabaudiæ Ducis Reſerendarij ad deciſiones dulciſsimi fratris. Lectori Suaſio.

Si fratris reſponſa mei, ſi dogmata iuris
Illius extollam, laus mea ſordes ruet
Tu ſatis ipſe viri mentem, vigileſq; labores,
Doctrinam agnoſces hæc vbi ſcripta leges
Non tamen inſiciar pulchro quin ordine præſtent,
Atq; etiam doctis commoda magna ferant
Tuta dabunt, qui iura ſolent, cauſaſue tueri
Conſilia, hoſtiles effugientiq; dolos,
Inueniet iudex communia vota Senatus
Recta, quibus poterit dicere iudicia.
Ergo erit hæc fratris merces æquanda labori.
Vtilitas debet publica plura viro,

DECISIONES SACRI SENATVS PEDEMONTANI.

Domino Octauiano Cacherano Aſtenſi Patricio Iuriſconſulto Eminentiſſimo eodem Senatu, olim ſecundo Præſide, Nunc magno Sabaudiæ Cancellario Auctore.

SVMMARIVM.

1 *Senatores pars corporis Principis ſunt.*
2 *Princeps inter Senatores connumeratur.*
3 *Principis officium quale ſummatim, & remiſſiue.*
4 *Senatoris munus quale eſſe debeat.*
5 *Munera non capienda.*
6 *Iudicium humanum peruertentia quatuor ſunt.*
7 *Senatores, quare conſtituantur.*
8 *Senatores in conuentu Senatus publico, ſiue priuato à fabulis, vocibus tumultuarijs, ac obſtinatis diſceptationibus abſtinere debent.*
9 *Senatores diſputare ſuper ijs nõ debent, quę non expediunt.*
10 *Articuli plures ſi fuerint diſcutiendi à quo prius inchoãdũ.*
11 *Senatores quo ordine vota proferre, quæue incipere debeãt.*
12 *Vota proferenda ex his, quę ex fide geſtorum probantur.*
13 *Sententia ita proferendæ, vt omnem litem amputent.*
14 *Praxis vera legum interpres, & quam vtilitatem afferat.*

PROOEMIVM.

AMPLISSIMI, ſacriq; Senatus Pe-
demontani deciſiones nonnullas
ſcripturus, quũ nefas eſſet nulla
præfatione facta, atque illotis (vt
aiunt) manibus materiam tractare,
teſte Caio in l.j. in prin. ff. de ori
gi. iur. conſentaneum eſſe putaui
primum oĩum prẹfationis loco dicere, quales conſtitui
Senatores oporteat, quid eorum muneri incumbat,
& quo ordine in diffiniendis, ac decidẽdis
1 cauſis vti debeant. Verũ quũ † pars myſticę corporis
Principis Senatores ſunt, l. quiſquis in principio, C.
2 ad l. Iul. Maieſt. † ac inter eos Princeps ipſe connumeratur.
l. ius Senat. C. de dign. lib. 12. Senatuſq; teſte
Bald in c. quãto, col. 2. verſ. & nota argumentũ
de iureiur. conſiliũ Principis dr̃, ideò hoc loco congruum
videbatur, & ita aliqñ decreueram, de Principis
qualitate, et officio aliqua ſcribere, ſed quoniã
multos non leuis auctoritatis, & doctrinę viros
perlegi, qui varios de Principe tractatus, & exactè
quidem conſcripſerunt, ob id facturũ melius exiſtimaui,
ab hac materia abſtinere, quã de ea ſcribere,
ne aliorũ Doctorũ ſcripta tranſcribere, & eorũ
dictis mẽbranas occupare viderer, quo fit, vt ſatis
eſſe factũ putauerim, ſi eos, quos de Principe conſcripſiſſe
legi, recenſeã, vt ad eos quicunq; velit cõfugiat,
hac de re itaq; tractatũ inuenitur apud Iſocratẽ
in orõne de adminiſtrãdo regno ſecunda ad
Nicoclẽ, apud Thomã Aquinatẽ, Cagnol. Aegid.
Boſſiũ, Iacobi à S. Georgio Mart. Laud. Gulielmũ à
Perno, Marc. Ant. Natt. conciuẽ noſtrum, Iul. Pollucem,
Eraſmo Rhoterodamo interprete ad Commodum
Cęſarẽ quorum oĩum dicta huc tendunt,
3 & hunc vnum ſcopum reſpiciunt, ſ. † decere Principem
eſſe ſubditorum ſuorum patrem, erga eos mitem,
placidum, lenem, prouidum, æquum, humanum,
magnanimum, liberalẽ, pecuniæ contẽptorem,
haud obnoxium affectibus ſibi ipſi imperantẽ,
voluptatibus dñantem, rõne vtentem, ingenio
perſpicacem, circumſpectum, ſtabilem, conſtantẽ,
& inflexibilẽ, magna cogitantem, auctoritate prædi-
tum, induſtrium, ſuo parentium imperio ſeruatorem,
& fautorem, ad beneficentiam promptum,
lentũ ad vindictam, ad iuſtitiam oĩno propenſum
aditu facilem; & alloqui volentibus ſe cõmodum
præbentem, pacis, ac tranquillitatis amatorem, &
cõciliatorẽ, qui bonos defendat, premijsq; alliciat,
* malos verò pęnis afficiat * Sicut hr̃ toto Pſal. 100. &
apud Iſai. c. 3. verſ. Principem honorabilem vultu
conſiliarium, & ſapientem de architectis, & prudẽtem
eloquij myſtici. Paul. ad Rom. c. 13. Petr. epiſt.
1. c. 2. c. non fruſtra, & ca. Reg. 23. q. 5. §. iuris præcep.
inſtit. de iuſt. & iur. l. iuſtitia. ff. eod. tit. c. 2. diſt. j. latè in
prooemio Gregoriano, & Princeps ſubditoſq; omni
onere, ac damno citra publicum cẽſum iuſtam,
& lęſam collationem liberet, auth. vt iud. ſine quoquo
ſuffrag. fi. in princ. hinc fit, vt propterea ſubditi
locupletiores euadãt, quod argumentum præſtat,
Principem populis bene præeſſe, §. cõſiderauimus
in auth. vt iud. ſine quoquo ſuffrag. fi. & §. fin. inſtit.
de ijs, qui ſunt ſui, vel alieni iur. Poſtremò Dei Opt.
Max. cuius imaginem in terris gerit, exemplo oĩa
opera ſua iudicio, iuſtitia, & æquitate muniat, ſicut
* ſcriptum eſt * Pſal. 9. 10. 44. & 88. iuſtitiam & iudicium
præparatio ſedis tuæ: & 90. iuſtitia, & iudiciũ
correctio ſedis eius, & 98. & honor Regis iudicium
diligit, necnon Iſaiæ c. 12. Principem itaque decet
eſſe ſollicitum in perſcrutandis moribus ſcientia,
& prudentia eorum, quos ad ſacrum hunc ordinẽ
promoturus eſt argu. c. eſtote j. quęſt. j. Nam Senatores
omni penitus reiecto ſuffragio conſtituere
debet viros nobiles, potentes, gnaros, ſapientes, bonis
moribus imbutos, conſuetudinem in populo
probatam habentes, non blaſphemos, Deum potiſſimè
timentes, in quibus ſit veritas, odio habentes
auaritiam, quoniam ea eſt idolorum ſeruitus,
& omnium cauſa malorum, teſte Diuo Paulo ad
* Epheſios, c. 5. & ad Coloſſen. c. 3. * ad Timoth. 1. c. vl.
ad Hebr. c. 13. ſint mores ſine auaritia, Eccleſ. c. 10. c.
auaritiæ, de præben. dict. auth. vt iudi. ſine quoquo
ſuffrag. fi. §. cogitatio. verſic. eſt hoc quoque. gloſſ.
in prooemio decretal. in verbo cupiditas. & ſi fieri
poteſt eoſdem conſtituat ætate iam prouectos, quũ
in antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore pru-
* dentia, Iob, cap. 12. * & Eccleſ. cap. 25. quam ſpecioſum
caniciei iudicium, & presbyteris cognoſcere,
conſilium quam ſpecioſa veteranis ſapientia, &
glorioſus intellectus, & conſilium corona ſenum
in multa peritia, & gloria illorum timor Dei, Hos
enim Patres conſcriptos Imperator Iuſtinianus in
* l. vn. in primo C. de cad. tol. appellat. * Tiraquel.
de iure primogen. in præfation. num. 85. Siquidem
Senatorij muneris eſt, pauperis perſonam ne

DISPVTATIO AN PRINCIPI CHRISTIANO

Fas ſit pro ſui, ſuorumque bonorum tutela fœdus inire, ac amicitia infidelibus iungi, ab eiſque auxilium aduerſus alios Principes Chriſtianos petere.

OCTAVIANO CACHERANO COMITE ROCHAE Arazij, ſecundo Præſide Excellentiſſimi Senatus Pedemontani, Auctore.

AVGVSTÆ TAVRINORVM,

M. DC. VIII.